

E Folium I D

missae demonstrationibus. non hilariter in
tonet fulminibus. non eloquentie grego-
ry splendoribus fulgeat. non argenteis
sententiarum margaritis resplendeat. non
tamen omnipotentie perculandam. Da-
bet enim sacerdotes simplices saltem
proficiant et salubriter disponant ad alta-
ris sacrificium in quo patris filius imo-
lat quos non pudeat rosas in spemeto
querere. et in vase luteo mellitum pocu-
lum inuenire. Si autem filius istius epi-
stole aut operis dicitur auribus sonare
aliquid duper insipidum aut incopositum
videat parcite mee simplicitati. rudi-
tati et ignorantie que magne sunt et ex-
tense. vestra preclaram dictionem confi-
uet deus incolumem. reddat mundo ces-
lebrem. ecclesie sancte utile. et tandem in
excelsis coronabile. ille qui est corda
et gaudium beatorum curam orationis ad al-
tare domini me comutat memoria illuc
mentem eius deferens. ubi honesta co-
gitatio premium. et illicita supplicium
permeret. Placeat ergo vestre benignita-
ti me vestrum sacerdotem et famulum et ve-
stris conspectibus indignum. vna cum ordie
meo habere in vestre charitatis visceribus
commendatum. Datum et completum theolo-
sane in vigilia beati Dominici Anno
domini. M. cccc. quadragesimo octavo.

Incipit prologus.

Quoniam clamatur sapiens per-
scrutator maiestatis. opprime-
tur a gloria. idcirco nullus eris-
simet hoc officium sufficienter exposi-
tum. ne forte cum humanum opus extu-
lerit. diuinum extenuet sacramentum.
Sunt enim in hoc officio tot et tanta pre-
clara mysteria inuoluta ut nullus eorum
sensum noscat aut sufficiat explicare
nisi unctioe spiritus sancti fuerit plinit.
Quapropter ego reus et nescius. non
pualens lippientibus oculis solem in rota
conspicere. tanti et tam preclari myster-

rii maiestatem que per speculum et in enigma-
te mihi visus sum intueri. nec pene
trans ad interiora. sed per foribus stans in
vestibulo per messores hoc spicas col-
ligens non sufficienter ut volui. sed feci
quod potui diligenter. preestim cum tunc
actu in officio lectoris quod vires me-
as excedebat fuerim occupatus. Equi-
dem minor in singulis diuisus ad sin-
gula vix potui meditando percipere. nec
concepta dictare. aut scribere hulo ru-
di. Quocirca non solum implores lectorum
rem beniuolum. sed etiam liberum desiderio
correctorum. me et omnia correctio sancte
matris romane ecclesie subiciens.
necnon et ordinis mei sancti qui semper
per veritatem docuit et diligit. hac mer-
cedem solum huius operis. apud homines
expectans ut ad iustissimum iudicem pro me
peccatore de uotius fundat preces. qui
liquide nouit qua cordis intentione
tractatum hunc egerim et si non multis
saltem. aliquibus tamen aut mihi soli vel in
modico proficiam in quo per ordinem om-
nia prolequor. mouendo dubia. aliquid
utilia. ac etiam curiosa in quibus ut in
pluribus sequor sententiam doctorum. per
clarissimi sancti thome nostri ordinis
cuius doctrina lucida ut sol et luna tor-
ta ecclesia illustrat. In quibusdam au-
tem alijs et in casibus iuris sequor. vi-
am tutam et doctorum meliorum. nullum
addens dubium de capite singulare. et
ut apertius totius huius tractatus pro-
cessus legentibus appareat. pro modum
prologi hoc premitto quod in tres diuisis
partes principales. In quarum prima agi-
tur de quibusdam precedentibus que sunt
quibusque ipsum reddunt valde gloriosum
et laudabile ut inferius apparebit.
In secunda agit de hoc sacramentum
perficientibus que ipsum reddunt ineffabi-
le. que sunt duo. materia scilicet et forma.
In tertia et ultima parte agit de vitijs
his periculis circa hoc sacramentum.